

## **Cartulaire manceau de Marmoutier, Tome Second, Sablé, Nr. 7**

Quoniam fidelis omnis alteram post istam non dubitat esse vitam, etc... Proinde ego Rotbertus Burgundio concedo monachis Majoris monasterii Deo et sancto Macuto apud Sablolum castellum meum deservientibus molendinum quendam prope idem castrum in rivo qui de Sarta et de Vegia fluminibus currit, rivum quoque ipsum usque ad finem Vegie ubi ipsa in Sartam cadit. Hec autem omnia sicut juris mei extiterant, ita monachis concedo quietam prorsus et liberam, filiis meis Rainaldo et Gausfredo auctorizantibus donumque de rebus istis ferentibus super altare Sancti Macuti. [Testes sunt Lisiardus de Ambasiaco, Normannus de Basilgeriis, etc.].